[illegible] quietus · et solitarius nemini
confabulatur · in cogitatione radicetur.
Unde diuersitates morborum pereant.
In libro de accidentibus | De sompno
ysaac. Sompnus est infusio instru
mentorum sensus ex fumo nutrimenti
corporis cum uirtutis quietudine ania
lis. ¶ In eodem ysaac. Cum enim naturalis
calor ad interiora retrahitur cibus cor
poris excoquitur. fumus eius instru
menta sensuum infundit et ab exteriorum
apprehensione sensus quiescere facit.
et sompnus efficitur. ¶ In eodem ysaac.
Sompnus alius naturalis alius non
naturalis. Naturalis per quem corpus
animalis purificat et custoditur. ¶ In e
odem ysaac. Non naturalis ex nimia
fit humiditate et frigiditate cerebri
que ocium et quies superflua genuit
huiusmodi sompnus in accidiosis
euenit. ¶ In eodem ysaac. Multorum
ciborum assumpcio ingulosis instrumen
ta sensuum superflue infundit. unde
et sompnus ei efficitur innaturalis
nimius aut inordinatus. ¶ In
libro Medicinali Auicenna. Sompnus
est reuocatio caloris naturalis ab exte
rioribus ad interiora ut digeratur
nutriens. ¶ In libro pantegni. Con

stantinus. Sompnus est quies animalium
cum intensione naturalium. ¶ In libro
de sompno et uigilia. Aristoteles. Sompnus
enim quedam passio sensibilis particule
ut uinculum et quedam inmobilitas.
Quoniam sompnus conuenit quietem caloris
intrinsecus naturalis et recep
tacio eiusdem. ¶ Accidencia. In
eodem. Aristoteles. Similis enim quidam sop
nus epylempsie et accidit pluribus quodam
modo. principium huius passionis dor
mientibus et omnino amatoribus
sompni qui occultas uenas habent.
¶ In libro Johannicii. Sompnus corporis
immutat naturam. primum quia
infrigidat exterius et calefacit interius.
Qui si plurior fuit infirmat et hu
mectat. ¶ In libro Medicinali Aui.
In die quidem dormire est malum et generat
egritudines humectantes et reuma
tismos et corrumpit calorem et generat
splenem et laxat neruos et pigriti
am confert et debilitat desiderium
et generat apostemata et febres. ¶ In
libro prognosticorum ypocras. Sompnus in
morbis est conueniens et natu
ralis ut noctem non effugiat
et diem non impediat laudabilis.
contrarius uero inprobandus. nimius.